

Disputatio V.

268
21

DE ENANΘΡΩΠΗΣΕΙ
SEV INCARNATIONE FI
LII DEI, DVARVMQVE IN EA
Naturarum Hypostatica unione,

Ex insigni dicto Pauli:

Εὐ αἰθέριον θεῶν (ἐστὶ) παρὰ τὸ υἱὸν αὐτῶν, τὸ ἡνωμένον ἐν σπέρματι
τῷ Δαβὶδ καὶ σάρκα, τὸ ἐκ πατρὸς υἱὸν θεῶν ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦ-
μα ἀγιασμένης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, ἰησοῦ Χριστοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Rom. 1.

Quam

CHRISTO IUVANTE,

ET

REVERENDO CLARIS-
SIMOQVE VIRO

D. SAMVELE HVBERO

HELVETIO, SS. Theologiae Professore
publico, PRAESIDE,

IOACHIMVS PRÆTORIVS

Lunaburgensis, Respondens, proponit examinandam,

Pridie Nonarum Aprilis.

Reverendo ac doctissimo viro

Dn. M. Stephano Prætorio pasto-

retæ soliquo verbi dignissimo

Domino ac factori suo re-

verenter obsequantissimo

salute inperpetuum

I. P. L. Hepp

VVITEBERGÆ,

Typis Zachariæ Lehmanni,

M. D. XCIII,

AMPLISSIMO, MAGNIFICO ET CLARISSIMO INCLY-
tæ Lunæburgensium Reipub. Senatui, Dominis Consulibus & Se-
natoribus, prudentia, virtute & rerum experientia præ-
stantibus viris, Dominis ac Mæcenati-
bus suis beneficentissimis

IOACHIMVS PRÆTORIVS LVNÆBVRGENSIS
Debitæ observantiæ & gratitudinis ergo, submissè offert
& consecrat has suas primitias,

DE INCARNATIONE
FILII DEI.

Thesis I.



M de naturarum in Christo veritate & τὸ εἶδος, eas
rumq; unionis mysterio luculentissimum inter ceteros Christi
ἰσχυρίστας καὶ μαρτυρίας testimonium reliquerit D. Paulus Rom. 1.
εὐαγγέλιον θεοῦ (ἐστὶ) θεοῦ τὸ οὐκ ἄνθρωπος &c. non abs te futurū videtur,
si de summo & admirabili illo negotio acturi, huius vestigia per-
currerimus, tum piè astruendo, quæ Orthodoxa & sana, tum pro virili destruendo,
quæ de naturarum vel mutatione, vel mutilatione, vel diuulsione, vel quacunq;
mysterij huius extenuatione, cacodoxa & putida pravius monstrabit.

I. Principio itaq; de Nominibus, quorum nos Apostolus commonescit,
agemus. Ac quidem Nomen ἰ.σ.χ. origine sua Hebraum est, à *ישיעו* in hiphil
ישיעו saluum fecit, inde Proprium *ישוע*: quod nominis ἰσχυρος Iosepho
Angelus indicat, Matth. 1. v. 21. Vocabis nomen eius *IESVM*, quia ipse sal-
uum faciet populum suum à peccatis suis, quod cum verè sibi arrogare haud alius
Ose. 13.
Esa. 43 &
45. queat, meritò Salvatori nostro Proprium adscribitur. Huius autem nominis &
officij typum gesserunt in V. T. Iehosueua populi Israel dux celeberrimus, &
eiusdem nominis summus Sacerdos, Hagg. 1. & 2. Zach. 3. Eccles. 49. ver. 14.
Et expressè filio Dei hoc ipsum nomen tribuitur, 4. Esd. 7. v. 28.

*I*II. Appellativum *μεσσίας* graecum est, Latinis *MESSIAS*, quod Hebraeo
Messias *משיח* vulgò *MESSIAS* respondet. Quamvis autem Regibus & Sacerdotibus
in V. T. hoc nomen commune fuerit, ob unctonem qua ipsi inaugurabantur,
Esa. 45. Leuit. 4. v. 3. Peculiariter tamen Propheta Geminus Davidis.
Regi

Regi Israëlis, Jerem. 23. v. 5. Zach. 12. v. 9. Ioh. 1. v. 10. & summo pontifici futuro Psal. 110. v. 4. Hebr. 4. & 5. ac prae suis consortibus oleo letitiae, Spiritus sancto & potentia unguendo assignant, ut Psal. 2. & 44. Esa. 61. Danie. 9. v. 24. Act. 4. & 10 & seqq. unde etiam Iudaei illud κατ' ἐξοχῆν ita perpetuo vocitarunt, & nostro seculo obstinati eiusdem prosapiae homines se adhuc Messiam promissum exspectare odiose garrunt.

IV. Cum vero Iesus erat, qui venturus, & qualem oracula divina futura praecinuerant, Esa. 35. Matth. 11. iustissime CHRISTI sive Messiae titulo cognominabatur, quem etiam sibi ipse vendicat, Ioh. 4. v. 26. Angeli denunciant, Luc. 2. v. 11. Diaboli contremiscentes proclamant, Luc. 4. v. 41. Discipuli eius profitentur Ioh. 1. v. 41. Matth. 16. v. 16 ac validissime propugnant, I. Ioh. 2. & 4. Et de Apollo asseveratur Act. 18. quod potenter ex Scriptura evicerit, Iesum esse illum Christum, id est, promissum Messiam. Atq; ab hoc sortiti nomen sumus qui eum sectamur, Christiani, primo omnium Antiochie Act. 11. v. 26. Si quidem ex ipsius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia, Ioh. 1. v. 16. & in ipso, qui caput est omnis imperij ac potestatis, completi sumus, Coll. 2. v. 10.

V. Quapropter etiam non immerito καὶ ὁμοῦς dicitur. Et se enim Iudaeis solum promissus fuit, quo ad nativitatem & externam conversationem suam, Rom. 15. v. 8. non tamen est distinctio vel Iudaei vel graeci, quo ad reconciliationem, Idem est Dominus omnium, Rom. 10. v. 12. Act. 10. v. 36. omniumq; hominum terrae, maxime vero fidelium, 2. Timoth. 4. v. 10. dives in quosvis, a quibus invocatur, Rom. 10. v. 12.

Deu. 18. v. 25 & 11. Mart. 15. v. 24. Esa. 49. v. 6. Ose. 1. v. 10. Ro. 9. v. 25.

VI. Porro, quemadmodum Prophetæ in V. T. Messiam, מָשִׁיחַ, Deum & hominem fore praenunciarunt, Deum, inquam, Iehova, Jerem. 23. v. 6. & patrem aternitatis, Esaia. 9. v. 6, hominem è virgine tribus Iudae nasciturum Esa. 7. v. 14. ita in N. T. Evangelistæ & Apostoli unanimiter consonant: Christum personam esse constantem duabus naturis, divinâ, secundum quam filius Dei est, b. d. Matth. 16. ideoq; Deus ipse Ioh. 1. v. 1. Rom. 9. 5. qui fuit est, & erit in secula Apocal. 1. v. 8, & humanâ, secundum quam factus ex semine Davidis, b. d. ex muliere, Gal. 4. & filius Mariae virginis primogenitus, Luc. 2. appellatur.

Ier. 33. v. 150 & 16.

VII. Divina Christi natura in se perfectissima, Deoq; patri & spiritu, sancto ὁμοῦς, ab aeterno propria sua hypostasi seu personalitate substituit, ac ὁμοῦς fuit, ut nihil omnino ad sui perfectionem accesserit, vel accedere potuerit: Deus enim fuit, & est, qui non mutatur, Malach. 2. v. 6. Ioh. 1. v. 17.

Ioh. 10. v. 30. Psal. 102. v. 28.

VIII. Humana vero eiusdem natura etiam perfecta, anima rationali & corpore sanctissimo constans; attamen eiusmodi, quæ propria subsistentia destituta est, & in quam μεγάλη προσηύχθη, ἁλιείωσις, καὶ ὑπερφωσις, (ut patres loquuntur

Nam 23. Luc. 1. Heb. 4. v. 15. Heb. 1. v. 4.



loquuntur) cadere potuit: quod dicta illa omnia, quae Christo in tempore aliquid datum adserunt, testantur, Matth. 28. v. 18. Philipp. 2. v. 9. &c.

IX. Harum naturarum perfecta at non subsistens, a perfectissima & subsistente, humana nihil immutata a divina immutabili, in conceptionis τὸ ἰόν, at aeternissimo & mirando unionis nexu assumpta est in suam hypostasin. h. d. Ioh. 1. v. 14. Heb. 2. v. 16. ut assumens & assumpta duae naturae unam personam constituant, unde etiam haec unio Personalis dicitur.

X. Assumens enim natura, non quatenus simpliciter ipsa, natura assumpta unita est, (sicuti materiae forma ut exinde Naturalis sive essentialis indiget) Sed quatenus natura subsistens seu persona est, & quidem persona gerens aeternae genturae characterem: ut vel hinc satis liqueat, Unionem illam, non quod ἕνωσις ἕνωσάσκει, seu persona personae (Humana natura enim per se non subsistit) sed quod natura persona seu hypostasis vnitissime copulata sit, ἕνωστικὴν seu personalem adpellari.

XI. Quamvis autem persona illa assumens siue λόγος hac ἐνσαρκόσκει nihil omnino (quia ab aeterno in se perfecta) eguerit. extreme tamen, ut in carnaretur. necessarium fuit ad praestandam humani generis ἐπιλύτρωσιν, καὶ ἐλευθέρωσιν recuperandam. 1. Corinth. 1. v. 30. Moriendum enim utiq; fuit, Genes. 2. v. 17. quod Gal. 4. v. 4. Dei non est. 1. Timoth. 1. & 6. Infinitum infinito offenso λόγος persolvendum, & de imperijs ac potestatibus Diaboli ac mortis triumphandum, Coll. 2. v. 14. & 15. v. 5. quod hominis non est. Psal. 89. v. 49. ex 108. v. 13. Στάνθρωπον itaq; Redemptorem generis humani esse oportuit.

XII. Proinde ex arcana beatae Trinitatis consilio, & immensa φιλανθρωπία, ὁ λόγος, (per quem uti omnia in principio, ita & homo factus erat. Ioh. 1. v. 9. & 10. v. 3.) homo fieri dignatus est, ut quem sanctum & integrum Deus creabat, modo damnabilem & deformatum Deus & homo recrearet, idq; tam inscru- tabili & ἀφράστω mutua ἐνώσει καὶ ἰδιοποιίᾳ nexu, ut, quod in hoc opere Dei solius esse videbatur, simul & huius hominis esset; & quod solius hominis, Deus haud detrectaret. Princeps enim vitae trucidatus est. Act. 3. v. 15. & Deus animam suam pro nobis posuit, 1. Iohan. 3. v. 16. suoq; sanguine ecclesiam acquisi- vit, Act. 20. v. 28. Filius vero hominis ad dexteram Dei sedet, omnia sub pedi- bus subiecta tenens, Eph. 1. v. 21. & 22. 1. Pet. 3. v. 21. gubernans, Rom. 14. v. 9. ac iudicaturus vivos atq; mortuos, Ioh. 10. v. 17. Act. 10. v. 42.

XIII. Quin imo carnem hanc ita ἀχωρίσως, ἀδιασώτως, καὶ ἀδιαίρετως in- duit, ut nunquam & nusquam, nisi totus λόγος incarnatus cogitari aut fingi, nedum enunciari aut dari possit: quoniam praeter id, quod λόγος essentia spiri- tualis est, Ioh. 4. v. 24. 2. Cor. 3. v. 17. & ἀμέριστος, partem extra partem non.

non habens, accedit aliud Scripturae testimonium. totam nempe Divinitatis plenitudinem in hoc homine habitare *σωματικώς*, Collos. 2. v. 9.

XIV. Ut ita post hanc divinissimam & indissolubilem unionem ad personam Christi perfectam, non tantum *λόγος*, verum etiam natura assumpta pertineat, & si quis hoc inficiari audeat, vel alterutram naturam ab altera, quodam modo locove separatam, ac Divinam innumeris spatijs extra humanam esse commisceatur, ille cum harum unionem, cum Christi personam ipsam, quoad se, corrumpat ac violet. Atq; ex his constat similia illa sumpta à Planeta orbis sui particula infixio, gemma annulo inelusa, aut Antuerpia sita ad Oceanum &c. omnino dissimilia esse, & hanc unionem nulli ex parte attingere, ne dicam declarare.

I. Corint. v. In parte secunda catecheses Heydelb. quest. 48.

XV. Quae Unio cum adeo sublimis & stupenda sit, ut nulla mentis acie penetrari, multo minus lingua satis explicari queat, non immerito Magnum pietatis Mysterium nuncupatur. 1. Timoth. 3. v. 16. quod *ὁμολογημένως* tantum, quantum a Spiritus S. amanuensibus acceptum, solummodo credi, & nequaquam disputari aut controverti fas piumq; sit.

XVI. Verum, ut rei prestantissima plerumq; turpissimus est abusus: ita plurimo iam inde a praesepi infantis Iesu de hoc summo articulo ab hereticis controversiae motae sunt: Quas iam nunc, ut veritas & fundamenta nostra *θεοῦ* ex *ἀντιθέσει* magis elucescant, breviter recensitas ad citatum D. Pauli dictum examinabimus.

XVII. Christum ergo verum Deum esse, contra Iudaeos, Mahometistas & Arianos ostendit Apostolus, dum eum *τὸν υἱὸν θεοῦ*, nobis demonstrat, & ex potentia virtuteq; divina aeterno suo patri aequalem conuincit. Non igitur gratia, sed natura Dei Filius est, ad quem Iehova Psal. 2. v. 7. inquit: Filius meus es tu, Ego hodie genui te: quam etiam ob causam filius ipsius unigenitus Iob. 3. v. 16. Patriq; *ὁμολογῶ* pronuntiatur. Iob. 10. v. 30. c. 14. v. 9. & 10. Heb. 1. v. 3.

Heb. 1. v. 5.

XVIII. Atq; hoc ipso, quo Filium Dei nominat, collabitur eorum erronea sententia, qui naturam divinam simpliciter, atq; hinc totam Trinitatem incarnatam, & Patrem etiam passum esse fabulantur. Nam inter Deum, cui est filius, & ipsum Filium aperte discernit, inquit: *ἐν ἀγγελίῳ θεοῦ πατρὸς ἡμεῶν*. Ac de Filio quidem asseuerat, ex semine DAVIDIS eum prognatum esse secundum carnem, inq; ea declaratum. De patre vero nihil minus. Huic sententiae astipulantur S. littera passim Ioa. 1. v. 1. Verbum erat apud Deum, v. 14. Et verbum illud caro factum est. Rom. 8. v. 3. Deus suum ipsius filium misit in forma consimili carni peccato obnoxiae &c.

Patri passio: ani.

XIX. Verbis (*ἐκ σπέρματος Δαβὶδ*), materiam corporis Christi ex qua desigo



Item Mi designantibus, confunduntur Valentiani & Marcionitae, qui diuinum caeleste vel
 chaeis Ser- sidereum corpus Christo adfinxerunt, quo de calo secum delato, per Mariae alvum
 veti & ali- tanquam unda per alveum nihil inde capeffens, defluit, eum transisse, & in hanc
 orum Ana, lucem venisse nugati sunt: Eademq; opera, Manetis & Manichaeorum φανταστικῆ
 baptistarū error. disparet, quam de Phantastico & putativo Christi corpore conceperant. Nos ve-
 ro Scriptura magis confirmat: Rom. 9. Christus secundum carnem ex Patribus
 Act. 13. v. 23. est. Galat. 4 v. 4. Natus ex muliere. Heb. 2. Pueris consimiliter carnis &
 2. Timo. 2. sanguinis particeps factus est.

v. 8. XX. Hilarij pariter Christo homini propter unionem tributa ἀπάθεια pati-
 Lib. 10. de tur, uti quoq; Propheta Esaias cap. 57. antè praedixit: Verè languores nostros
 Trinit. ipse tulit, & dolores nostros portavit, 1. Pet. 3. & 4. In carne passus & morti-
 Heb 5. v. 2. ficatus est, Heb. 4. v. 15. Tentatus in omnibus infirmitatibus, ut compati nostris
 & 8. possit. His verò deperditis erroribus, sicut & sequentibus, non solum Christi
 corpus ignominia adfectum, sed etiam merito ipsius, nostraq; redemptioni diabo-
 licè impositum fuit. Quod enim Christus assumpsit, id ipsum quoq; redemit, & qua-
 qualisve Christi mors & resurrectio, ea talisq; nostra est Redemptio, 1. Co-
 rintb. 15.

XXI. Iisdem praeterea vocibus Apollinaris & Photini ἰσοδότης retegitur, quo
 Christi perfecta substantiae, qualis ex spermate humano gigni consuevit, animam
 subtrahere moliti sunt. Licet enim Carnis vocabulum statim subiungitur, idemq;
 Ioh. 1. v. 14. Verbum Caro factum est, & alibi saepius occurrit: tantum nihilo-
 minus abest, quò horum nefariam opinionem stabiliat, ut potius eos sacrosancti
 Codicis inscitia arguat & pessundet. Nam Scriptura saepius à parte totum no-
 minat, idq; in hoc quoq; verum esse comprobant dicta, Esa. 40. v. 6. Omnis Caro
 v. 39. foenum. Matth. 24. v. 22. Ni dies illi decurtati, periret omnis caro &c. Praeterea
 Phil. 2. v. 8. Christus alibi non solum Homo compellatur, 1. Cor. 15. v. 47. verum expresse etiam
 Luc. 22. Animae ipsius mentio fit, Matth. 26. v. 38. Tristis est anima mea &c.
 Iohan, 10.

XX. Hinc insuper Monotbelitarum corruat adfertio, vnam tantum in Chri-
 sto voluntatem statuentium, Nam praeter quod animam eius iam iam evicimus,
 clarissime Scriptura testatur, suam quoq; huic Homini non deesse voluntatem;
 atq; ita Christum gemina voluntate, cum divinâ, quam cum patre obtinet
 ἐμοῦσσιον, quâ λόγῳ; tùm humanâ, priori subditâ & conformi, quâ Homo, pra-
 ditum esse Luc. 22. v. 42. Non Mea voluntas fiat, sed Tua, Matth. 26. vers. 39.
 Marc. 14. v. 36.

XXIII. Ab Eutychnianis excogitata carnis post ἕνωσιν absorptio, exe-
 quatio, & in Deum conversio, quibus ut persona, sic & naturarum ἰσότητι καὶ
 ταυτότητι astruere laborarunt, verbis (κατὰ εἶδη) exertitur. Nam particula
 κατὰ

Psal. 78.
 v. 39.
 Phil. 2. v. 8.
 Luc. 22.
 Iohan, 10.

κατὰ σαφὲς dilucidè carnem assumptam à λόγῳ distinguit, ac utriusq; integritatem vindicat: Siquidem ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, non ut consumeret & conficeret, sed ut consummaret & perficeret eam, seq; I N E A τὸν υἱὸν θεῶ ἐν δυνάμει (ut Apostolus loquitur) ὁρίσθη & conspicuum redderet, h. d. & 1. Tim. 3. v. 16. Quod ipsum alij etiam loci testatum faciunt, quibus Christus se hominem Ioh. 8. v. 40 & filium hominis Ioha. 3. v. 13. & 14. &c. adpellavit, imò contra Svvenfeldianos nos se quoq; verum hominem post resurrectionem in gloria sua esse Apostolis δεικτικῶς probavit, Lucæ ultimo, idemq; Stephanus comprobat, Act. 7. v. 56. & Paulus, Ibid. 17. v. 31. Deus iudicaturus est orbem per V I R V M, quem designat.

XXIV. Heresi precedenti contraria fuit Nestorianorum, pro dualitate naturarum etiam Personæ ἐτερότητα καὶ διττότητα machinantium. Verum Apostolus non τὰς υἱεῖς, quorum alter filius Mariæ, alter filius Dei, sed tantummodo τὸν υἱὸν θεῶ, τὸν γενόμενον, τὸν ὁρισθέντα &c. Atq; hac ratione unam Christi Personam, quæ tam humanâ, quàm divinâ constet naturâ, agnoscat, eiusq; unitatem articulo illo, ceu indice, monstrat ac patefacit. Sic Christus Ioh. 9. v. 37. Filium Dei vidisti, & qui tecum loquitur, I P S E est. His etiam suffragatur Legatus celestis, Luc. 1. v. 31. & 32. Ecce paries filium, qui (ipse) filius altissimi vocabitur. Hinc Maria mater Domini est v. 43. Et Dominus gloriæ cruci adfixus est. 1. Corinth. 2. v. 8.

1. Corin. 8. v. 6.

Luc. 1. v. 35.

XXV. Sicuti aut ex posteriori pauca in hoc unionis mysterio, quàm arctissima & hyperphysica sit, adumbrare licet: Sic quoq; è contrario haud obscurum est, quàm dissolutè & hypophysicè de eodem sentiant, qui hoc posterius tollendo ἀκοινωνίαν introducunt. Licet enim Calvinistæ illi, & his socia Iesuitarum cohorts, unam Christi personam, ac duarum in eo naturarum unionem profiteri nobiscum videri velint: attamen (ut de eiusmodi hominibus Psal. 12. habet.) שפת חלקות בלב ולב ירברו, & nihil magis quam Nestorius, se eiusdem ipsius erroris suffusione liberabunt.

XXVI. Nam in omni unione aut fit rerum unitarum communicatio, & suos habet illa gradus, aut non fit communicatio, qui gradus unionis est infimus. Hunc verà, qui citra ullam communicationem est, cum illi solummodo concedant, tam longè abest, quò unionem realem nobiscum statuunt, ut profectò minus abominabile scelus adpareret, si prorsus non agnoscerēt unionem, quàm quòd divinis personam & præsummitate incomprehensibilem, ita è gradibus deturbent, ut vix infimo (qui etiam multis rebus inanimatis indignus) eam equiparare dignentur.

Beza in Mompelgartensi colloquio ad Thesin 8. & 9. de Persona Christi.

XXVII.

XXVII. Quod si etenim Natura assumens se neq₃ re neq₃ nomine commu-
 municaverit natura assumpta, (uti & Iesuitae somniant, unionem videlicet natu-
 rarum in Christo **TANTVM** secundum subsistentiam, non secundum natura-
 ram, communicationemve naturarum aut proprietatum, esse perfectam, imò
 consistere eam in communicatione solius subsistentiae) utiq₃ nec hypostasin suam;
 dum ἐστὶ τὸ λόγος ἅ sua ὑποστάσει non separatur, sed ubicunq₃ subsistentia λόγος est,
 ibi suam etiam naturam sive essentiam esse necesse sit, nec reipsa, quoniam Ens
 simplicissimum est, verum ratione tantum differat, ut Busæus etiam thesi 29.
 lib. 3. de in-
 carnat. ca.
 8. proba-
 tione 4. mendacio 40. adversus D. Gerlachium fatetur: Si verò nec hypostasin, atq^{ue}
 Christum hominem substituisse constat, lucidissimè hinc elicitur, ab his dis-
 tinctione personarum fabricari ac subdolè doceri.

XXVIII. Contra D. Paulus arguit, Christum hominem Spiritu ἁγίω
 & potentia planè divina claruisse, utpote qui non modo sanctissimus, verum
 etiam sanctificare alios & Spiritu sancto donare valuerit, qui morbos omnes sa-
 nare, vento mari, Sathanaeq₃ ipsi imperare potis fuerit, qui deniq₃ non solum
 mortuos resuscitandi, sed suam ipsius vitam ponendi, eamq₃ resumendi vim ac po-
 testatem habuerit, Ioh. 10. v. 17. & 18. ex quibus omnibus **DEI FILIVS**
 in hoc homine (non tantum secundum subsistentiam, sed & secundam naturam
 suam ac δυνάμειν) habitans declaratus & manifestatus est: Siquidem insuper
 Christus Homo Dei filius dici nequeat, nisi ipsius naturam sibi unitissimam etiam
 participatione idiomatum habeat. Inde Ioh. 1. v. 14. Vidimus gloriam eius, glo-
 riam unigeniti à patre.

XXIX. Quid autem argumenti, quæso, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν peti potest.
 convincentis hunc hominem esse Filium Dei, si non δυνάμει sua è mortuis resur-
 rexerit? Nihil equidem minus incertum foret, ac si Israelitam defunctum, & in
 sepulchrum Elisei proiectum, idcirco, quia redvividus surrexerit, **DEVM** esse
 adfirmare aliquis insulsus non dubitaret. At verò, quandoquidem ἀνάστασις νεκρῶν
 Apostolo Divinitatis argumentum est, exinde meridiano sole clarius elucet,
EV M, qui resurrexit, Divinam potentiam & vitam Filij Dei ipsam (non quid-
 dem naturam, sed ex gratiâ unionis **DATAM**) in se habere, Ioh. 5. v. 26.
 adeò etiam ut viventibus ac mortuis dominetur Rom. 14. v. 9.

XXX. Quocirca dubium amplius non est, quin natura illa humana, tam
 animam quam corpore perfecta cum vero Deo λόγος, salvis salvæ utriusq₃ nature
 proprijs realiter & hypostaticè, summoq₃ unionis gradu unita sit: cui gratia,
 gloria & laus in secula.

F I N I S.

AB

50A $\frac{2}{h, 12}$


ULB Halle 3
003 485 560




Sch

Rest.
Sep./Okt 84 Schuss.







B.I.G.

Farbkarte #13

268
21

Disputatio V.

ΑΝΘΡΩΠΗΣΕΙ
CARNATIONE FI
I, DVARVMQVE IN EA
rarum Hypostatica unione,

Ex insigni dicto Pauli:

(ἐστὶ) ὡς τὸ υἱὸς αὐτοῦ, τὸ ἁγιοῦ ἐκ σπέρματος
α, τὸ ὁμοειδὲς υἱὸς θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦ-
μασίως νεκρῶν, ἰησοῦ Χριστοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Quam

ISTO IUVANTE,
ET
RENDO CLARIS-
SIMOQVE VIRO
VELE HVBERO
IO, SS. Theologiae Professore
publico, PRAESIDE,

IMVS PRÆTORIVS
*ensis, Respondens, proponit examinandam,
Pridie Nonarum Aprilis.*

VITEBERGÆ,
Zachariæ Lehmanni,
M. D. XCIII,

*Reverendo ac doctissimo viro
Dn. M. Stephano Prætorio pasto-
ræ Solisiodorici dignissimi
Domino ac factori suo re-
verenter obsequando
saluta inveni
I. P. L. Beson*

